



Prodit Budapestini VIII., Szentkirályi-u. 28. Calendis et Idibus cuiusque mensis, excepto Iulio et Augusto. — Pretium annuae subscriptionis in Hungaria: 4 coronae. — Telephonum: 132—98.

Per.
Lat
020

Classis nostra.


Terrarum domini in arido¹ decernunt, cuius sit imperium marium, itaque attentis — ut ita dicam — animis stant naves longae in portibus. Velut leopardi, praedae studiosi, aperiunt oculos lucentes, deinde corpora tremantia impetu celerrimo maria secant, mortem, in tormentorum² tubis² dormientem caecā nocte prolaturā.

Classes cautissime luctantur. Alio atque alio loco consonat ordo³ tormentorum,³ alio atque alio loco e mari emergunt «Celeres» classis, navigia subnatantia, quae similia sunt equitibus nostris: tantum audaciā ac fiducia sui contingit⁴ hostes Orco tradere. Postquam autem torpedinem mortiferam emisit,⁵ aufertur delphino similis, cuius vesti-

gium nil nisi undarum motus demonstrat.

Navigium subnatans nostrum, quod «U XII» signo signatum est, hostibus et amicis demonstravit classem nostram impune invadi non posse; Hadria autem tota nostra est. Navicula enim illa subnatans non solum subnatantem Gallorum torpedine emissā suppressit, verum etiam decus columnenque classis Gallicae, navem praetoriam,⁶ cui nomen erat Courbet, perforavit,⁷ ut paulo post in fluctibus rauci Hadriae demersa sit.


Quia haec virtus pro nostra patria stetit, macte virtute iubemus nautas nostros intrepidose esse. Stet haec virtus nobis gloriae, hostibus



1 száraz 2 ágyúeső
3 üteg 4 sikerül 5 kiló
6 tengernagyi 7 keresztül-
für

terrori. Nam etsi maria constricta⁸ erunt navibus horrendis, qualis in pictura Courbet ostenditur, virtuti nostrae impares erunt.

⁸ teleszór.



LECTORIBUS MINIMIS.

Latro et mater.

Mortis acerbae¹ damnatus latro ducebatur, ut digna praemia sceleratae vitae reciperet. Huic in² conspectum² se dedit mater maesta, quae tristi voce querelas³ miserandas edidit. Latroni permissum est, ut matrem alloqueretur eique oscula⁴ ferret.⁴ Dum hoc facit, vultum maternum morsu⁵ acuto invasit et matris nares⁶ laceravit⁷ oraque foedavit.⁸ Plebs circumfusa hominem detestatur,⁹ eum parricidam¹⁰ immanem appellat, qui atrocissima supplicia et exempla¹¹ poenarum¹¹ mereatur.



Senex leo

monebat filium, ne unquam cum homine congrederetur¹ vel pugnaret; animal enim illud est, inquit, mirificum et invictum. Leunculus² illa quidem audiebat, sed non tangebant dicta animus.

Adultus et viribus³ pollens,³ progreditur quodam die, ut cum homine proelium committeret. Videt in agro iunctos⁴ boves; accedit igitur et rogat, an homines sint. Illi dicunt: «Nos homines non sumus, sed

— Audite — ille inquit — cives! neve tanto crimine, antequam mea verba audiat, me immeritum damnare velitis. Namque haec sola fuit causa¹² et¹² caput¹² nefandae pestis:¹³ omnis mali causa mater sola mihi fuit; huius foedae mortis origo mihi illa. Iam puerilibus annis atque studiis solebam ab aequalibus¹⁴ libellos aliasque res surripere¹⁵ et matri exhibere;¹⁶ illa semper laeta atque alacri fronte renidens¹⁷ dulcibus blanditiis¹⁸ excipiebat res furtivas.¹⁹ Inde per tempora succedentia²⁰ aliis atque aliis furtis grassatus, huic arti, huic generi vitae assuevi, triste supplicium et tormenta²¹ saevae crucis parari videtis. Quae evitare mihi facile fuisset et esse incolumi,²² si mens ad mores probatos conversa fuisset, si me peccantem his annis materno imperio flagroque²³ salubri castigavisset.

Indulgentia²⁴ nimia parentum exitium parat liberis.

Faernus Helvetius.

1 keserves 2 szem elé 3 panas 4 megcsókol
5 harapás 6 orr 7 «deharap» 8 elrútít 9 átkoz
10 szülőgyilkos 11 példás büntetés 12 főök 13 «szerecséltenség» 14 társ 15 ellop 16 átad 17 «boldogan» 18 hizelgés 19 lopott 20 következő 21 kín
22 sértetlen 23 korbács 24 kényeztetés.

ab homine impositum iugum portare cogimur». Digressus ab his equum conspicit, frenatum⁵ et stratum,⁵ qui ad arborem alligatus erat: «Tu-ne homo, es?» rogat. «Minime quidem, inquit equus, sed homini servio et obtempero».

Paulo post cernit quendam in silva, qui ligna fidit:⁶ «Homo, inquit, videris esse!» «Maxime, inquit ille, sed quaeso te, distrahe prius hanc arborem, cui vides ferrum istud impactum.»⁷ Insuper⁸ mox leo unguis fissurae⁹ arboris et dimovit quidem eatenus,¹⁰ ut cuneus¹¹ excideret; sed vis tanta non erat, ut arborem distraheret, itaque parti-

1 összetűz 2 kis oroszlán 3 ereje teljességét eléri
4 befog 5 felnyergel 6 hasít 7 bever 8 bedug
9 hasadás 10 addig 11 ék

Ad discipulos.

«Candida pax homines, trux decet ira feras.» Haec verba apud Ovidium scripta leguntur. Moltke autem, Germanorum bellidux clarissimus, in conventu¹ publico¹ VIII. Cal. Mai. anno 1877. haec elocutus est: «Bellum adeo felicissimum plus habet expensi,² quam accepti,³ quia fructus⁴ ex hominum vita factus — fructus dici non potest». Nos quoque perhorrescimus bella nefaria.

Tamen accidit, ut bellum nonnunquam evitari non possit; ubi nequitia, invidia, avaritia cum barbaria iunctae pacem gentium impiā manū violant. Quae cum ita sint, nemo invenitur, quin pacem qualem-cunque servare velit. Nobis invitis bellum a hostibus nefariis ingestum est, nos autem bellum ingestum Deo favente tolerabimus et Marte secundo conficiemus.

Sed ad id temporis necesse est, ut vires optimae populi nostri praesto sint. Tanta enim mercedis⁵ est hoc bellum, post hominum memoriam cruentissimum, quantam ante hos sex menses nemo nostrum crediderit. Exiguo est nobis solatio hostes maiora etiam detrimenta capere. Nostrum est cives nostros tenues⁶ ex miseriis eripere. Cui rei perficiendae multae societates instituebantur, quae pecuniis rebusque necessariis

bus, ut fit, utrinque redeuntibus, comprehensis pedibus, illic haerebat captus leo. At lignator¹² clamores tollit et de agro undique vicinos advocat contra leonem.

Hic vero, in tanto discrimine summis viribus pedes de ligno retraxit, atque ita¹³ quidem,¹³ ut ungulas plerasque inter arborem relinqueret. Reversus ad patrem cum cruentis pedibus: «Mi pater — inquit — si paruissem monitis tuis, ungulas non amisissem».

Fabula hortatur omnes, ut inprimis quidem parentibus, sed et aliis recte docentibus libenter obsequantur¹⁴ et pareant.

Georgius a Beöthy.

collectis⁷ imprimis earum sublevarent⁸ familiarum paupertatem, quarum altores⁹ pro aris et focis pugnaturi in bellum perfecti sunt.

Multa iam in hos beneficia a scholarum nostrorum discipulis conferebantur, sed restat, ut perenne¹⁰ monumentum liberalitatis exigatur. Societas militibus adiuvandis id agit, ut stipe¹¹ collaticia¹¹ discipulorum in omne tempus valetudinarium insti-




tuatur, ubi pauperes curationis participes fiant.


Discipuli Hungari, intueamini¹² hanc paupertatis imaginem et non dubito, quin animos vestros miseriae humanae aperiens cum stipe etiam amorem vestrum egentibus oblaturi sitis. Cui placet, pecuniam ad nos mittat, cui aliter visum erit, adeat Societatem, cuius sedes est in Via Andrásyana, domus numero octavo signata. Ibi liber aureus expositus est, in quo nomina beneficorum inscribuntur.

¹ országgyűlés ² költség ³ haszon ⁴ jövedelem
⁵ áldozat ⁶ szegény ⁷ összegyűjt ⁸ enyhít ⁹ fenntartó
¹⁰ állandó ¹¹ gyűjtött adomány ¹² meglelt.

¹² favágó ¹³ még pedig ¹⁴ szót fogad.



Multa vitia¹ corporis non furiam belli afferuntur, sed insita² sunt vel alio modo contrahuntur. Perniciosissima habentur, quae quasi hereditate a parentibus relicta sunt. Inter haec gravissimum est id malorum genus, cum aegroti nec audire nec loqui queunt. Iam ex infinito tempore talibus malis sublevandis opera dabatur. Hispani



erant primi, qui ante haec tria saecula surdos et mutos docere coeperunt. Sequebantur Germani, Galli, Britanni, Batavi. Anno 1778. Carolus de l'Epée Gallus, tredecim annis post Samuel Heinicke Germanus scholam surdorum et mutorum instituit. Alter signis

quibusdam, manu formatis docebat discipulos, alter eos in loquendo erudiebat. Hae instituendi rationes³ inter se de praestantia certabant, donec anno 1880. in Mediolanensi conventu magistrorum, quo ex toto orbe convenerant, ratio Germanorum vicit, quae etiam apud nos in usu habetur. Disciplinae, quae in scholis surdorum et mutorum tractantur, hae sunt: sermo, doctrina religionis, grammatica, arithmetica, historia naturalis, historia rerum gestarum, doctrina⁴ de⁴ institutis⁴ et⁴ legibus⁴ civitatum,⁴ linearum⁵ pictura,⁵ exercitationes gymnicae, manuum⁵ habitas.⁶

In pictura videmus litteras, quibus miserandi scholae disciplinas docentur.

¹ fogyatkozás ² veleszületett ³ rendszer ⁴ alkotmánytan ⁵ rajz ⁶ kézügyesség.

Popularia Bohemorum et Polonorum cantica

metricā paraphrasi reddita a Fr. Palata.

1. Kde domov můj? (Boh.)

Quae mea patria sit — rogitas — et quam regionem fas natale mihi sit vocitare¹ solum?²

Est tellus, rivis per amoena vireta² perennis quā blando strepitu volvitur unda loquax, rupibus excelsis quā pinus suave susurrant³ flamine⁴ vel tenui conculiente comas, usque rosae culti quā vernant floribus horti: Elysiae credas rura videre plagae.

Angulus hic dulcis, quo non formosior ullus, est natale meum, terra Bohema, solum.⁵

2. Z dymem pożarów. (Pol.)

Sanguine fumat humus, volvunt incendia flammis, undique terribilis clamor ad astra volat:

o Deus omnipotens, ululantes more procellae imploramus opem supplice voce Tuam!

Ultima pectoribus suspiria fundimus aegris, dum matura⁶ subit tempora canities.

Psaltere⁷ lingua Polona Tibi non novit, amara quin laetos hymnos naenia praepediat.⁸


Gaudia dedit iam dudum Lechiadum⁹ gens,⁹ vinxerunt nostras spinea¹⁰ sarta comas.

Aeternum veluti monumentum Numinis irae lenditur a nobis palma¹¹ supina polo!

¹ hív ² pázsit ³ suttog ⁴ szellő ⁵ föld ⁶ időelőtti ⁷ zeng ⁸ akadályoz ⁹ Lech nemzetsege = a lengyel-ség ¹⁰ tövises ¹¹ tenyér, kéz.

GEOGRAPHICA


Genus sociorum et amicorum populi Gallici in pictura nobis demonstratur. Hi quoque Africani sunt, Aethiopes¹ Hesperii¹ a parte occidentali Africae oriundi. Horum virtute gloriatur exercitus Gallicus; hi sunt milites Galli, qui, pro cultu atque humanitate Europae «barbaros» Germanos armis persequuntur; armis, quibus ad Germanos milites serpendo² accedunt iugula³ eorum



praesepturi. Illi sicarii⁴ a Gallis in summis deliciis habentur, quia talia officia miles honestus, unius Dei cultor iis vix praestiterit.


In pictura videmus «uvam⁵ humanam», quae in litore exponitur. Primum sarcinis completur rete⁶ navale, deinde ipsi nigri pugnatores Galli conscendunt, ut aliis mercibus navalibus similes exponantur. Virtutes bellicas eorum Galli se in bello Africano expertos esse dicunt, cum artis iugula praeseptandi documenta eximia dederunt.

¹ nyugati szerecsen ² csúszva ³ torok ⁴ gyilkos
⁵ szőlő ⁶ háló.



Benedicto XV. auctore¹ partes belligerantes concesserunt, ut captivi, qui graviter vulnerati ad militiam inutiles facti sunt, inter se permutarentur. Magna gratia debetur Pontifico Maximo, qui misericordiā commotus animos imperatorum et regum aerumnis² humanis aperuit.

Bellum est crudele, nemini parcit. Iuvenes cruda³ iuventute pro patria sanguinem profundunt. Milia militum membris extorti⁴ et fracti fiunt. Miserrimi sunt, qui altero brachio amisso laboris instrumento privantur.⁵ Quorum consolator adiutorque benevolentissimus est Géza e comitibus Zichy artifex musicus et poëta non mediocris,



qui ipse dextero brachio orbus⁶ est. Puer enim quattuordecim annorum in venatione clade dexteri brachii afficiebatur. Comes ille nobilis nunc valetudinaria circumiens pauperes milites usum alterius brachii docet persuadetque iis etiam uno brachio res quotidianas perfici posse. Zichy etiam Vindobonam profecturus est, ut militum altero brachio mutilorum⁶ animos confirmaret; immo etiam Germanorum imperator humanissimus ad milites Germanos instituendos arcessivit comitem nostrum, qui novissime librum de usu unius brachii conscripsit. Liber militibus mutilis gratis distribuitur.

Bellicosus Natalis⁷ Sanctus⁷ apud Britannos esse videtur, quamquam nonnulla sunt, e quibus colligi possit eos iam belli pertasos⁸ esse. *Societas Litterarum Religiosarum* his verbis socios salutatur: «Optima cuique

¹ kezdeményezésére ² nyomoruság ³ friss ⁴ nyomorék ⁵ megfoszt ⁶ megfosztva ⁷ karácsony ⁸ megúnt

Natali Sancto precamur, ut bello quam primum finis fiat, ut populi universi iterum concordia fraternā cultui atque humanitati gentium serviant». *Officina⁹ motorum⁹* emptores sic alloquitur: «Post beatum Natalem sit felix pax, ut motoribus quam primum per regiones amoenas, per vias quietas vehamur». *Circulus Quadringentorum* sociis in bello pugnantis felix optat reditum. Societates, quarum sodales rebus diversissimis obligantur,¹⁰ nunc illis, qui in exercitu merent, harum rerum vacationem¹¹ dant, *Ambulantium* sodalibus nunc ambulatio denūm chiliometorum quotidiana remittitur.¹² *Centum et undecim piscatores* non obligantur, ut quotidie undenos pisces culinae¹³ tradant. *Caupones*¹⁴ denique hospitibus optant, ut sani redeuntes tranquille puddingum, cibum¹⁵ gentilem¹⁵ comedere possint.

Antonius Fetser canonicus capituli Magnovaradiensis a rege apostolico episcopus Iauriensis¹⁶ creatus est.

Carolus Goldmark melicorum¹⁷ operum¹⁷ scriptor praeclarus annum agens octogesimum quintum Vindobonae mortuus est, ubi maximam vitae partem agebat, quamquam in Hungaria hanc lucem aspexerat. Opera eius melica notissima sunt: Regina Sabae, Gryllus in foco, Captivus, Fabula hiberna, Godofredus Berlichingenus.

In Silvis Argonnensibus in proelio pro fossa¹⁸ quadam bombardica¹⁸ commisso Bruno Garibaldi, e quinque filiis Ricciottii Garibaldi, qui in cohorte Italicorum voluntaria apud Gallos merebant, tertius pugnans cecidit. Duo milia sunt Italicorum et quingenti, qui Gallis auxilium ferre debere arbitrantur, quamquam Italiam foedere triginta annorum nobiscum coniunctam esse non ignorant. Adulescens Romae apparatusimo funere elatus est.

Antonius Werner praeclarus Germanorum pictor annum agens septuagesimum Berolini vitam posuit. Adulescens operibus Lessingii Scheffeliique effigies pictas addidit, quibus sibi nomen illustravit. Deinde rebus¹⁹ Germanorum gestis¹⁹ animum advertit: pinxit praecipue res ex annalibus belli cum Francogallis gesti depromptas, quibus

clarissimum opus est, in quo Guilelmo regi Versaliae appellatio²⁰ imperatoris²⁰ Augusti²⁰ defertur. Pictura iussu principum Germaniae octogesimo natali die imperatori Guilelmo I. oblatum in aula Berolinensi Augusta asservatur.

Quotidie nuntii afferuntur de bello, in omnibus fere terrarum partibus saeviente. Utrimque attentis animis recentiores victoriae, hostium clades expectantur. Ex quo clangor tubarum et clamor virorum exortus est, etiam armorum horror ingruit. Incendiis omnia miscentur. Quis unquam horum temporum strages vere enarrabit, quis dolores, quis funera explicabit? Urbes opulentissimae ruunt, per vias et silvas sternuntur corpora militum milia et sternuntur templa Deo sacra. Labor civium iacet²¹ et iacent omnia

fere, quae tempore pacis agi solent. Vix familiam invenias, quae unum alterumve militem non luceat. Nos tamen certo speramus fore ut exercitus noster cum Germanis iunctus victor evadat. Sed quicumque exitus belli futurus est, semper diris²² exsecrabitur precibus²² eos, qui sanguinis effusi et tot caedium causa fuere. Pictura demonstrat Britannorum regem, qui tribus mensibus ante bellum indictum Parisios profectus erat. Alter doli²³ fabricator²³ est rei publicae Gallicae praeses, Poincaré.

Ante mensem miles Russus, nomine Alexius Ocholosew vulneratus a nostris captus est. In valetudinario, ubi Russus curatur, Natali Sancto de arbore donis luminibusque ornata cuique vulneratorum parva aliqua res tradita est. Ocholosew febris iactabatur in lectulo. Repente in mentem ei venit tredecim diebus post sibi quoque Natalem Sanctum affuturum, tres autem natos ipso absente sanctum vesperem acturos. Miles



⁹ motorgyár ¹⁰ kötelez ¹¹ fölmentés ¹² elenged ¹³ konyha
¹⁴ vendéglős ¹⁵ nemzeti eledel ¹⁶ győri ¹⁷ dalmü
¹⁸ lövészárók ¹⁹ történelmi festés ²⁰ császári méltóság
²¹ szünetel ²² átok ²³ eselszövő

vulneratus nosocomam²⁴ arcessivit,²⁵ cui per interpretem²⁶ haec rettulit:

— Dominula, non sum homo malus. Miles eram, caedes faciebam, quia iubebar. Rapinas²⁷ egi et tuli, quia praefecti iuebant et quia commilitones²⁸ idem faciebant. Quod milite honesto, pro patria dimicante indignum esse non ignoro. Sed cum rapinas agebam, subiit²⁹ mihi imago familiae meae. Res pretiosas non rapiebam, tantum minima quaedam ex taberna³⁰ mercatoris,³⁰ ubi, oblitus sum. Rogo te, dominula, prome³¹ e panario³² has res raptas. Pupulam,³³ militem equitem aliosque ludos, quos liberis meis mittas, quaeso. Fac gaudeant parvuli, et si pater Sancto Natali domi adessee nequit.

Ludos in panario repertos nosocoma statim in fasciculum³⁴ colligavit.³⁴ Alius miles Russus incultis litteris Cyrillicis epistolam addidit, quae una cum ludis raptis in urbem Russiae Choslow ad uxorem restiarii,³⁵ Alexii Ocholosew missa est.

²⁴ ápolónó ²⁵ hívat ²⁶ tolmács ²⁷ zsákmány ²⁸ bajtárs
²⁹ eszébe jut ³⁰ kereskedés ³¹ kivesz ³² kenyeres zsák
³³ bábu ³⁴ összecsomagol ³⁵ köteles.



Mater haec scribit: «Maritus meus iam quattuor menses abest in bello. Primum in acie meridiana, deinde ad exercitum septentrionalem mittebatur. Filiolus noster, annum agens septimum, hodie has litteras misit patri: Bene vales, mi pater? venis-ne mox domum ad materculam et Alexandellum tuum? Ego quoque bellum ludo, sed etiam apud me Hungarus vincit. Heri vici Haemimontanos¹ hostes, necavi Servianos omnes, hodie Russos. Tu fac idem, quaeso, deinde maturato² itinere² domum veni».

J. Lux. Budapest.

Hungarus adulescens pede gypsato in valetudinario militari cubabat. Medicus visitans rogat eum:

— Quomodo vales, mi fili?

— Male. Mox mortem³ obibo.³

— Vulnus-ne adeo dolet?

— Non hoc dolet; doleo, quod commilitones sine me omnia perficient, dum ego iners⁴ hic lecto candido teneor.

Medicus aegrotum consolaturus:

— Mi fili, inquit, gratia Deo! ubique vicimus.

— Istud quidem malum est. Cum redire potero, iam nihil inveniam. Non hoc patior; rogo te, domine, fac ad exercitum revertar.

— Non possum, mi fili, respondit medicus capite quassato.⁵ Pede gypsato abire non potes.

— Nihil aliud est? interrogavit vultu exhilarato⁶ miles iuvenis. Equidem non pedestria⁷ facio stipendia, eques sum... Ut semel equo insedero, nemo me detrudet, et si pes gypsatus erit.

J. Lux. Budapest.

Miles in septentrionali pugnae campo morbum simulat. Illi medicus — Video te pallidum — inquit — mutatio⁸ caeli⁸ tibi proderit. Demigrabis⁹ ad aciem meridianam.

Z. Hallay. Rozsnyó.

Libenter militatum abirem, sed iam quadraginta annos natus sum, dixit quidam, patriae amantior verbis, quam factis.

— Aetate noli impediri, respondit miles amicus, in Servia multos vidi, etiam seniores — de arboribus pendentes.

Idem.

— Cur fles, mi fili?

— Mater mihi imperavit, ne viam transirem, priusquam currus transisset. Nunc iam totam horam exspecto et ne unus quidem currus hāc vehebatur.

Ph. Hoffmann. Budapest VII.


Magister: Homines et simii vel maxime linguā inter se differunt. Si simius dicere posset: 'Simius sum,' — non esset simius, sed homo.

Paulus.

— **Pater tuus** avarus homo est, credo. Sutor est, tamen te contritos¹⁰ calceos¹⁰ induere patitur.

— **Tuus** etiam magis avarus est, quia dentium medicus patitur infantem fraterculum tuum dentibus prorsus¹¹ carere.¹¹

¹ balkáni ² gyorsan ³ meghal ⁴ tétlenül ⁵ ráz
⁶ derül ⁷ gyalogszolgálat ⁸ légváltozás ⁹ indul
¹⁰ kopott cipő ¹¹ egészen híján van.



I.

Cornua mi, sed, si caput aufers, dente nocebo.

I. Nagy (Budapest).

II.

Dum totus rubeo, sine vertice¹ spiro venenum.

P. Walter (Vindobona).

III.

Tres mihi sunt litterae. Me ignavi timent.
Si mediam litteram permutas, esca² sum
iucunda. Iterum mutata res atrox fit. Per-
muta eam tertium, vestis sum candida terrae.
Aenigma si recte vis solvere, semper mediam
litteram mutare memento.

St. Kenyeres (Keszthely).

IV.



Horum nominum primae litterae notum
adagium³ efficiunt.

¹ csúcs, első betű ² étel ³ szólás.


Solutiones aenigmatum numeri 2.

I. Tribus horis, quia tres viri eunt et red-
eunt. — II. Horā et semunciā praeteriit
media nox, quia dimidia hora sunt sexa-
gesimae 30, tertia pars sunt sexagesimae 20,

quarta autem 15 sexagesimae. — III. Mer-
curius. — IV. Marmor, mars, mors. — V. Ni-
mium ne crede colori.

**Aenigmata (cuncta vel partem) dis-
solverunt:** F. Balázs, P. Bärnkopf, I. Con-
rad, P. Cserey, D. Dávid, P. Engel, D. Érdi,
I. Fellner, L. Győry, St. Gyulai, L. Házmán,
C. Jónás, E. Jurkovich, B. Kantner, L. Kar-
leusa, St. Kléin, S. Kucsera, F. Lappert, I.
Lengyel, M. Molnár, R. Müller, G. Nagy,
L. Nemes, O. Norden, B. Obert, G. Papp,
I. Polgár, E. Székely, B. Szokolay, T. Tartler,
I. Veress, I. Weiszhaus.

Praemium Dionysio Dávid sorte obvenit.



Calvus. Sine causa quereris. Aliae quoque ephemerides in brevius coactae apparent. Summa vis belli! *Keszthely.* Quae mihi mandaveras, perlegi. Opuscula tuorum mihi praesto non sunt; quae praesto erant, publicabantur. Novo anno ineunte omnia fausta, fortunata! Sit MCMXV. felicior superiore! Vale. — *Vindobona* («Polonia.») Iam hanc rem tetigimus, verum per apices. Itaque tuum seposui, ut occasione oblata usurpem. Quidquid mihi miseris, iucundum erit. — *E. Burján.* Tuum, nescio quando, sed — certo prodibit. — *I. K. (Pécs).* Quod tu miseris, nondum delineari potuit. — *Brassó.* Facillimum nobis videtur. Melius fac mittas, mi fili. — *I. W. Budapest.* Tibi idem dixerim, carissime. — *Eoredia.* (Italia). Pecunia, si quidem mihi miseris, nulla adhuc reddita est, quamquam hoc ipso die ex Italia accepi. Iuventus nunc adnotationibus Hungaricis et Germanicis publicatur. Quod de hostibus nostris scribis, non timemus eos; nec hostes apertos, nec «socios» qui vocantur. Volentes ducemus, nolentes trahemus et... non semper totum orbem hostibus plenum habebimus. — *Rosnavia.* Iam pridem vox tua desiderabatur. Gratias. Ceterum in proximum annum ego quoque tibi omnibusque nobis laetissima ominor ac de officii accessione gratulor. — *Veridicus et adulator* iam prodiiit. Alterius versionem fac mittas, quia sic non liquet. — *Insurgens acer.* Non satis rem intelligo. Melius fuit versionem Hungaricam addere. — *A. B. Nitria.* Singuli anni Iuventutis apud administratorem quaternis coronis prostant. Si bene te intellexi, librum desideras, qui tibi colloquia Latina suppeditet. Interroga magistrum tuum honoratissimum, praesto-ne sit ei liber, qui inscribitur: «Elsaesser, nos in schola latine loquimur?» Quem si legeris, multum addisces. — *De reliquis proxime.*

Moderator ephemeridis STEPHANUS SZÉKELY DR.
*Budapestini, I., Lógodi-utca 73., ad quem litterae
quaecunque mittantur.*

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar
Középiskola.